

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 12 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 13.

Cod. XII.

12.

XII Prophetas  
minores cum  
glossa ord. Walafr.  
Strabi et in  
interlineari Anselmi  
Laudunensis.

Cod. XII. deest

1.  
f. 12.

membran. Fol.

Constans 90 foliis, venustissimo charactere scriptus, nec non literis initialibus vario colore pictis, ad imaginibus duodecim, quae prima litera cuiusque libri inserta sunt, auro variegatis conspicuus. Continet duodecim Prophetas minores, eodem ordine, quo eodem cantus apud Hebraeos, esse translatio sit ea interpretata. hinc LXX. Incipit a prologo S. Hieronymi in librum duodecim Prophetarum: "Non idem est ordo duodecim Prophetarum apud Hebraeos". Hunc excipit Prologus eisdem in Prophet. Osee: "Temporibus Osee, et Joathae, Ahas etc." Prior habet glossam collateralem. Pagina averta post medium incipit Prophetia Osee cum glossa ordinaria collateralis Walafridi Strabonis seu Strabi, et in interlineari Anselmi Laudunensis, ita tamen, ut neutra sit integra, sed quantum profixum membrana spatum admitteret. Haec forma servatur per omnes Prophetas, quae integra in nostro codice habentur, exceptis paucis verbis, quae ad calcem Prophetiae Malachiae in versu penultimo et finali deficiunt. Terminatur enim textus Prophetiae: "Ecce ego mittam vos", et glossa: "ad instructionem posterorum de fide". Unde patet folium codicis nostri ultimum deesse. Ceterum fatis mirari nequeo, utramque hanc glossam adhuc pro Postilla N. Colai de Cyra fuisse habitam, cum instituta collatio protinus contrarium docuisset. Confer: Biblia sacra latina cum Postillis N. de Cyra (a), et Biblia sacra lat. cum glossa ord. Walafr. Strabonis, et interlin. Anselm. Laud. (b)

A

(a) 2. 14 - 17

A

(b) f. 10 - 16.

Walafridus Strabo, v. Strabus nat. germ. ord. S. Bened. in monast. Tuldensi professus, ad S. Gallum decanus, a. 842. Augus majoris Abbas, Schabani Mauri discipulus, glossa ordinariae auctor, quam ex Schabani Commentariis et S. P. scriptis edegit, obiit 849. pro saeculi sui modulis sacris scientiis clarus. Vid. Histoire de la France, T. 5. pag. 59 - 76.

Anselmus Laudunensis, et ipse Benedictinus glossae brevioris auctor celebratur, ideo interlinearis litterae cum inter S. Textus lineas locata sit. Obiit 1117. v. 18. vid. Fabr. Bibl. med. et inf. Lat. T. 1. p. 114. item de meritis eius in rem. litt. Histoire de la France T. 9.

## **Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 12 [Verbleib unbekannt]**

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27388](https://manuscripta.at/?ID=27388)